



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 726. Usque Ad Annum 813

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117859

§.45. Quæ Plato & Theodorus passi fuerint.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66091](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66091)

gitiis dispensandum? has quaestiones novellis Evangelistis resolvendas relinquo. Sæculum IX.
A.C. 809.
In eadem Epistola Theodorus illos nominat, qui illa persecutione involuti fuerant.

§. XLV.

Quæ Plato & Theodorus passi fuerint.

Quomodo dici possunt illud non docere, quod suis operibus prædicant? () cur hic in carcere detineor? quare Pater meus Reclusus (nempe S. Plato) male affectus, ab omnibus ceteris avulsus, & in locum, ubi nunc degit, conjectus fuit? quare Archiepiscopus, ut ipsi saltem putant, depositus est, in arcta custodia detentus additis mandatis ut ei cibus parcissime præbeatur, & nuper e patria ejectus est in exilium? cur vos ipsi cum fratribus vestris Thessalonica custodimini? cur Abbas Theodosius cum Discipulis suis*

p. 339.

(*) Nempe volebat S. Theodorus, ut nuptias, & factum Josephi Presbyteri, qui nuptiis benedixerat, dannarent, atque tam Fautores quam ipse faterentur, quod ex pura gratia & conniventia fuisset restitutus. Incertum an tunc saltem S. Viro satisfecissent, & certe conditionem adjecisset, ne publice Josephus Sacrificium unquam offerret.

Hist. Eccles. Tom. X.

Y y

Sæculum IX. *suis ex eadem Civitate ejectus, & alius*
A.C. 809. *Abbas ejusdem loci crudelem in modum*
virgis cæsus? cur Naucratius & Arse-
nius, sicut etiam Basilius & Gregorius
arctissime includuntur? cur Stephanus ce-
lebratæ virtutis Abbas cum quinquagin-
ta Discipulis e suo Monasterio pulsus?
cur pius Abbas Antonius Amorii capti-
vus tenetur? cur Æmilianus & fratres
ipsum jubente Episcopo Nicomediensi cæsi,
modis indignis affecti, & abstracti sunt
Monasterio direpto? cur Episcopum Leo-
nem Chersonæ persecuti sunt, & Abbas
Antonius cum duobus Sociis carceri da-
tus? cur fratres nostros Liparæ ultra
Siciliam sitæ carcer habet? quare Leto-
jus comprehensus, ad Imperatorem missus,
& Constantinopoli vinculis datus?

Josepho deposito alius Archiepiscopus
 Thessalonicæ sufficitur, quo jubente
 comprehensus est Anastasius, Theodosius
 Abbas cum septendecim fratribus pul-
 sus, cuidam sancto Monacho Euthymio
 flagellis ducentæ plagæ inflictæ, & aliæ
 recentiores taureis iterum ducentæ,
 quod eum in Sancto Sacrificio tanquam
 Episcopum commemorare recusaret. Hic
 Monachus immani crudelitate habitus
 est in Ecclesia, ubi semivivus relictus.
 Verum cum vir Charitate Christiana ple-
 nus languentem pelle agni recentissime
 occisi contexisset, salutem attulit. Theo-
 dorus

dorus datis ad germanum Archiepiscopus Sæculum IX.
 pum litteris tanta calamitate pressum A. C. 809.
 consolatus est.

§. XLVI.

Secundæ Nuptiæ.

Theodorus in Epistola ad Naucratium
 Discipulum suum agit de secundis
 nuptiis. *Secundo nubere, inquit, per A-*
postolum & per ipsum Jesum Christum
permittitur, sed lege non præcipitur, ut
docet Gregorius Theologus; nam indul-
gentia est. Atqui ex indulgentia præ-
sumitur fragilitas & actus reprehensibi-
lis. Quod indicat Apostolus, dum dicit: 1. Cor. 7. 9.
Si se non continent, nubant. Inconti-
ad Amphil.
gentia autem infirmitas est. Hinc vete-
c. 4.
res Patres penitentiam injunxerunt bi-
Sup. Lib.
gamis, & in Concilio Laodicensi quidem
XVII. §. 45.
tempus non præscribitur, at S. Basilius
can. 7.
præscribit annum unum, atque tertiis nu-
nuptiis, & ultra, annos duos. Unde etiam
Concilium Neocæsariense prohibet Sacer-
dotibus, ne secundo nubentium convivii
intersint. Itaque dignum & æquum est,
ut coronetur primum matrimonium, quod
proprie legitimum est & incontinen-
tiam vincit. His vocibus utitur Theo-
dorus, quia Græci Benedictionem nu-
nuptialem Coronationem appellare sole-
bant. Hanc Coronationem, inquit, Sa-
sra Communio comitatur, & Sacerdotes

Yy 2 *ipsius*